



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt XI. De obseruatione mandatorum, deq[ue] illius neceßitate, & poßibilitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

CAPUT XI.

De observatione mandatorum, deq; illius necessitate, & possibilitate.

Nemo autem, quantumvis iustificatus, liberū se esse

- a Ex Aug. c.
 - b 43. l. Denat. & gratia.
 - c 1. Ioan. 5. infra. can. 18.
 - d Araus. 2. c. 25.
 - e Vide Hieron. in Epist. ad Cefephon. 1. Ioan. 5.
 - f Matth. 11. 1. Ioan. 14.
 - g Cone. Afric. canum. c. 81. 32. & 33.
 - h Cone. Melit. cap. 7. 8. & 9.
 - i Mat. 11. 6. Lue. 11. o. v. num. 25. diff.
 - j adhuc & de quotidianis. nu. de pan. diff. 3.
 - k Rom. 6. 1c Tit. 2.
 - l iusti can. 10.
 - m Rom. 5.
 - n Aug. lib. Denat. & gratia. c. 26. & Prof.
 - o Sent. 7. ade. Gallorum. & respon ad 7. obiect. Vincen.
 - p Rom. 8. p Thil. 2.
 - q Hebr. 3.
 - r 1. Cor. 9.
- ab obseruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita voce vti, Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia. nam a Deus b impossibilia non c iubet, sed d iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis; & adiuuat, vt possis. e Cuius mandata grauia non sunt, cuius fiugum suave est, & onus leue. qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt: qui g autem diligunt eum, vt ipse met testatur, seruant sermones eius, quod vti que cum diuino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti & iusti in leuia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterèa delinunt esse iusti h: nam i iustorum illa vox est & humilis, & verax: Dimitte nobis debitā nostra. quo fit, vt iusti ipsi cō magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiae sentire debeant, quō liberati iam à peccato, k serui autem facti Deo, l sobriē, iuste, & piē viventes proficere possint per Christum Iesum: per quem m accessum habuerunt in gratiam istam. n Deus namque o sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. itaque nemo sibi in sola fide blanditi debet, putans sive sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemque consecuturum, etiam si Christo non p compatiatur, vt & conglorificetur. nam & Christus ipse, vt inquit Apostolus, q cum esset filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam; & consummatus, factus est omnibus, obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Propterèa Apostolus ipse monet, iustificatos, dicens: Nescitis, quod dij, qui r in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauum? sic currite vt compre-

prehendatis. *a* Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo ^{a 1. Cor. 5.} corpus meum, & in seruitutem redigo; ne forte, cùm alijs prædicauerim, ipse reprobis efficiat. Item princeps Apostolorum Petrus: *b* Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. hęc enim facientes, non peccabitis aliquando. *c* Vnde constat, eos ^{b 2. Pet. 1.} ^{c infr. Can. 15.} orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut, quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui statuant in omnibus operibus iustos peccare, sine illis suam iplorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam: *d* cum scriptum sit: Inclinaui cor meum ad facien- ^{d infr. Can.} ^{31. Psal. 110.} das iustificationes tuas propter retributionem. & de Mo- se dicat ^e Apostolus, quod respiciebat in remuneratione. ^e Heb. 11.

C A P V T XII.

Prædestinationis temerariam præsumptionem ca-
uendam esse.

NE MO quoque, quamdiu in hac mortralitate viuitur, ^{Infra Can. 15.} de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsque <sup>& 16. c. cora
ripiantur. in
fin. 24. q. 3.</sup> adeò præsumere debet, vt certò statuat se omnino esse in numero prædestinatorum *f*; quasi verum esset, quod iu- <sup>f Ezech. 11.
Galat. 3.</sup> stificatus aut amplius peccare non possit, aut, si peccau-
rit, certam sibi resipiscientiam promittere debeat. nam,
nisi ex speciali reuelatione, sciri non potest, quos Deus si-
bi elegerit.

C A P V T XIII.

De perseverantia munere.

^g Matth. 16.
^h 24. c. sug-
gestum. 7. q.
ⁱ. & c. non
reuerteran-
tur de pan.
^j dist. 2. infra.
^k Can. 16. 17-22
^l Ez. 16. 33.

SIMILITER de perseverantia munere, de quo scri-
ptum est: ^g Qui perseverauerit usque in finem ^h hic
sal-